

§. III

Solvuntur objectiones.

que specie, prevalet omni precepto Ecclesiastico, unde Sacerdos, etiam non jejunans, sacrificium ab altero inchoatum, & ex aliquo accidenti non perfectum, debet perficere: Ergo siquid est, preceptum de consecrando sub utraque specie, esse ordinis superioris, & divini.

Dico secundo: non potest Summus Pontifex dispensare, ut Sacerdos consecret in una tantum specie.

88 Probatur primo: Si posset Pontifex cum aliqua Ecclesia dispensare ut sacramentum Eucharistie in una tantum specie consecraretur, posset etiam efficere ut talis Ecclesia sine ullo sacrificio subsisteret: Sed hoc dicit nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris est evidens, siquidem non potest modo dari aliud sacrificium in Ecclesia preter Eucharistiam: tunc autem Eucharistia non haberet rationem sacrificii: cum in una tantum specie Eucharistie sacrificium salvari nequeat, ut precedenti conclusione visum est. Minor vero fundatur: Sacrificium est precipuum religionis fundamentum, sine quo illa stare nequit, juxta illud Augusti lib. 19. contra Paulum c. 11. In nullum nomen religionis condamari homines possunt, nisi aliquo subsidium sponsum consensio colligatur: unde tunc cessavit lex antiqua, quando ablatum est iuge sacrificium, & Apostolus ad Hebræos 7. ait: Translatæ Sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat: Sacerdotium vero & sacrificium dicuntur correlativi, ut inquit Tridentinum sessio 23. c. 1. Ergo Summus Pontifex sua dispensatione efficere nequit, ut aliqua Ecclesia sine ullo sacrificio subsistat.

89 Probatur secundo conclusio ex fundamentis in precedenti statutis. Ut enim ibi ostensum est, preceptum de non consecrando in una tantum specie, est divinum, & non pure Ecclesiasticum: Sed Pontifex in his que sunt de jure divino dispensare nequit, ut dicitur Can. Sime quidam, & can. contra 23. q. 1. & patet, quia inferior non potest dispensare in lege lata a superiori: Ergo Pontifex non potest dispensare ut Sacerdos consecret in una tantum specie.

90 Dices, Licet non possit Pontifex dispensare in his que sunt de jure divino, potest tamen interpretari tale jus, declarando illud non obligare in hoc vel in illo casu; ut in proposito, si preceptum de non consecrando in una tantum specie, concurrat cum alio divino, & non possit utrumque simul servari, verbi gratia cum precepto communicandi in articulo mortis, vel cum in tota aliqua regione non potest haberi vinum. Unde refert Volaterranus lib. 3. Geographia c. de Saxonibus, Innocentium VIII. dispensasse cum illis ad consecrandum tantum in pane, eo quod in illis regionibus vinum statim acescat. Ergo in talibus casibus poterit Pontifex interpretari quod tale preceptum non obliget.

91 Sed contra: Predicta interpretatio non potest fieri nisi propter aliquam legitimam causam occurrentem: Sed nulla talis potest occurrere: Ergo &c. Minor probatur ex eo quod a mille sexcentis & amplius annis, nunquam se talis occasio obtulit: quod enim narrat Volaterranus, fictitium esse colligitur. Primo quia nullum alibi existit hujus concessionis monumentum: quomodo autem in re tam gravi & iniustata non exoret? Secundo quia ex ipsa phrasi convinci potest falsitatis; ait enim permisit Pontificem, ut Norvegi sine vino calicem consecrarent. An vero cerevisiam, aut vinum malogranatorum, pomorum, aut mororum, vel sac aut aquam consecrare permisit, sive puram, ut aquam usurpabant, sive mellitam, ut Melancthon putavit usurpare Ruthenes posse, ob inopiam vini? Tertio, quia nec fiat ratio ipsa quam predictæ concessionis Volaterranus refert, quod nempe vinum in Norvegia non creseat, aliunde importatum cito acescat hoc enim ipsi experientie repugnat, cum vinum in regiones illas abportatum, tam longo tempore conservetur, ut nec ipsi laici sine specie vini communicare velint.

Autò ex Brizio ad annum 1496. circa illud tempus nonnulli Sacerdotes, qui postea combusti sunt propter hæresim diplomata pontificia, petiisse in illis partibus falsam aliquam dispensationem publicare.

Quod vero dicitur de concursu duorum preceptorum, non est etiam sufficiens fundamentum ad faciendum hanc interpretationem: quia alia precepta Ecclesiastica, que non sunt tanti momenti, sicut istud divinum de consecrando in utraque specie, non possunt prætermitti propter adimplendum preceptum communionis, nam ad communicandum egrotum verbi gratia in periculo mortis existentem, non licet celebrare sine vestibus sacris, neque post cibum sumptum: Ergo a fortiori non poterit prætermitti hoc preceptum divinum de consecrando in utraque specie. Ratio vero horum omnium est, quia neque tunc urget spiritualis necessitas proximi, cum per alia sacramenta & per devotionem egroti possit id compensari: neque urget etiam necessitas precepti divini de communicando, quia cum tale preceptum sit affirmativum; non obligat nisi habita copia sacramenti, que in illis casibus non habetur.

Obijcies primo contra primam conclusionem: D. Thomas in 4. dist. 11. q. 2. art. 1. questionula 1. ad 4. insinuare videtur, preceptum de consecrando in utraque specie, non esse divinum, sed Ecclesiasticum; ait enim (teste Suarez hic disput. 43. sect. 3.) unam speciem non esse sine alia consecrandam tantum quia est contra morem Ecclesie, que verba minutulis litteris notat Suarez, quasi essent D. Thomæ.

Sed in ea citatione hujus Auctoris fidelitatem & sinceritatem desidero, nam verba illa in textu D. Thomæ non reperiuntur, sed Sanctus Doctor solum dicit quod ille qui habet alteram tantum speciem, debet potius desistere a consecratione, quam consecrare, præter morem Ecclesie, in una tantum specie. Ubi ubi, præter morem Ecclesie, non excludit jus divinum, sed supponit, quia iste mos Ecclesie, ex precepto divino est. Evitatus sensus illorum verborum est, quod præter morem Ecclesie a Christo institutum, non licet in una tantum specie consecrare, non autem ob solam consuetudinem ab Ecclesia ortam.

Obijcies secundo: Si preceptum de consecrando sub utraque specie esset divinum, vel esset naturale vel positivum? Neutrum dici potest: Ergo tale preceptum non est divinum, sed pure Ecclesiasticum. Sequela Majoris patet, nam preceptum divinum adque dividitur in naturale & positivum. Minor vero quod utrumque pariter fundatur. Et in primis quod tale preceptum non sit positivum, videtur manifestum, cum illud in nullo Scriptura loco reperitur. Quod vero non sit naturale, ex eo patet quod ex ipsa sacramentorum institutione non sequitur.

Respondendo, concessa Majori, negando Minorem, & ad probationem illius dico hoc preceptum esse in primis positivum, quia colligitur ex illis verbis Christi, Hoc facite in meam commemorationem, ut in prima conclusione probatum est. Potest etiam dici quodammodo naturale, quia supposita hujus sacramenti & sacrificii institutione: requiritur quod sit integrum, ad integritatem vero Eucharistie in ratione sacramenti, seu spiritualis convivi, & ad substantiam sacrificii inveniunt, crucientis crucis sacrificium representantis, utriusque speciei consecratio necessario requiritur, ut ibidem ostensum est.

Dices, Christus in Cena post consecrationem panis & calicis dixit, Accipite & manducate, bibite ex eo omnes, & tamen hæc verba non continent preceptum sumendi utramque speciem: aliquoquid Ecclesia non possit prohibere laicis calicis summptionem: Ergo neque hæc verba, Hoc facite in meam commemorationem, continent preceptum positivum consecrandi Eucharistiam sub utraque specie. Unde etiam ipse Christus Lucas 25 legitur consecrasse in solo pane in Castello Emmaus.

Respondendo quod quando Christus facta consecratione panis & vini dixit, Accipite, &c. communionem sub utraque specie omnibus absolute non precepit, sed solum omnibus Sacerdotibus, quia precepti illius, qui tunc ibi aderant, & quos constituebat Sacerdotes. Et quod ad illos tantum & non ad omnes communicantes loqueretur Christus, constat, quia ad eosdem dixit illa verba, Accipite & manducate & bibite ex eo omnes: ad quos dixit: Hoc facite in meam commemorationem: Testatur autem Concilium Tridentinum supra citatum, universam Ecclesiam hoc semper intellexisse, quod in illis verbis, Hoc facite, precepti Apostolici, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut offerrent hoc sacrificium Deo: Ergo in illis verbis loquebatur ad illos ut Sacerdotes: Ergo etiam in aliis cum dicebat: Bibite ex eo omnes, id est omnes sacerdotes, non vero omnes communicantes. Unde licet Ecclesia usum calicis laicis prohibeat, non dispensat tamen nec dispensare potest Sacerdotes sacrificantes, ut in una tantum specie communicent.

Ad factum Christi consecratis panem sine calice, pro duobus Discipulis, res est incerta, an etiam tunc consecraverit calicem, nec oppositum constat ex Scriptura, potuit enim utrumque consecrare, & solum præbere panem Discipulis, ipse autem utrumque sumere, & dum daret Discipulis panem, ex eorum oculis evanescere. Quod si de facto Christus calicem non consecravit, id fecit ex suprema potestate quam habet supra substantiam sacramentorum, & sacrificii, quam Ecclesia non dedit: unde illa nullam potestatem habet in substantiam, aut integritatem sacramentorum, vel sacrificii Missæ.

Obijcies tertio contra secundam conclusionem: Pontifex potest dispensare in his que sunt de jure divino, nam votum obligat de jure divino ad ipsi impletionem, & tamen potest in illo dispensare. Idem est de matrimonio & non consummato, in quo Pontifex dispensat, & tamen vinculum & obligatio illius est de jure divino & ex natura

DISPUTATIO IV.

De Transubstantiatione, seu conversione panis & vini, in Corpus & Sanguinem Christi.

Ad questionem 75. D. Thomæ.

Explicata materia Eucharistiæ, agit S. Doctor de actione per quam fit tale Sacramentum, que Transubstantiatio a Theologis recte appellatur: nam sicut apud Philosophos transitus seu mutatio ab una forma in aliam, dicitur transformatio; & ab Evangelistis mutatio unius figure in aliam, transfiguratio ita & mutatio unius totalis substantiæ in aliam, recte transubstantiatio appellatur. Unde Concilium Lateranense & Tridentinum, eo nomine illam appellant. Plures autem circa hæc mirabilem conversionem occurrunt difficultates & controversie, articulis sequentibus discutiamus.

ARTICULUS I.

Utrum tota substantia panis & vini convertatur in corpus & sanguinem Christi, idque ex vi significationis illorum verborum (hoc est corpus meum) efficaciter colligatur?

Refert Guimundus lib. 1. de veritate Corporis & Sanguinis Christi, columna 4. & lib. 3. Columna 8. ut habetur tom. 6. Bibliothecæ Patrum, quod Berengarius post abjuratum suam illam primam hæresim, qua existentiam realem & substantialem corporis & sanguinis Christi sub speciebus sacramentalibus negaverat, incidit in aliam errorem, dicens integram naturam substantiæ panis & vini remanere post consecrationem in Eucharistia accidentaliter conjunctam corpori Christi, eo modo quo unum suppositum potest localiter conjungi alteri; quam hæresim, licet etiam abjurarit postea, secuti sunt tamen Joannes Hus, Wiclef, & Lutherus, qui idcirco imitatores, sive panthei dicti sunt, quod Christum in Eucharistia sacramento impanatum fingerent, ut dissertatione proœmiali art. 1. retulimus.

Præter hunc errorem, alia fuit hæresis asserens panem & Eucharistia hypostaticè assumi a Verbo, eo profluo modo quo natura humana a Verbo assumpta est, ex quo sequitur panem esse corpus Christi; non corpus humanum, neque carneum, sed panaceum. Ita docuisse Rupertum Abbatem Tuiensis lib. 6. in Joannem, & lib. 2. de divinis officiis cap. 2. testatur & probat Bellarmus lib. 3. de Eucharistia cap. 11. Licet Suarez, Granada, & alii, pissimum hunc & disertissimum Abbatem excusare, & ab hoc errore vindicare conentur. Similis error tribui solet cuidam Joanni Parisiensi, qui (ut refert Waldensis tom. 2. de sacramentis cap. 63.) docuit panem assumi a Verbo, non mediante toto Christo, ne cogereur admittere Deum esse panem, sed solum mediante Christi corpore: unde sicut Æthiops non dicitur albus absolute, quia non est candor in toto ipsius corpore, sed solum in dentibus: ita existimabat Deum non debere dici panem absolute, quia panis non conjungitur Verbo, nisi mediante parte humanitatis ejus.

Licet autem alii Catholici veram transubstantiationem, seu conversionem substantiæ panis & vini in corpus & sanguinem Christi agnoscant, sunt tamen aliqui qui existimant, talem transubstantiationem, seu conversionem, non inferri efficaciter ex præfata significatione horum verborum, Hoc est corpus meum. Sed dumtaxat ex definitione Ecclesie, que in variis Conciliis substantiam panis & vini non manere in hoc sacramento, sed in corpus & sanguinem Christi converti, declaraverit. Ita Scotus in 4. dist. 11. quest. 3. Durandus & Paladanus ibidem, & quidam alii, qui ante Concilium Tridentinum scripserunt, quibus favent aliqui Recentiores, qui (ut refert Valesius hic dist. 108. cap. 5.) pro sententia Scoti dixerunt revera illa verba, Hoc est corpus meum, duplicem sensum facere posse, & utramque verum: alterum non destructa substantia panis, & significando perly Hoc, non totum quod ibi est contentum, sed aliquid ex ibi contentis; alium quoque Hoc designet totum contentum sub speciebus consecratis esse corpus Christi, nec manere ibi substantiam panis; adunquæ, Ecclesiam a Spiritu Sancto edocitam, hunc secundum sensum elegisse, quamvis priorem absolute potuisset eligere.

§. I.

Erroris supradicti reselluntur, & Catholica veritas declaratur.

Dico primo, nihil de substantia panis & vini manere post consecrationem, sed totum in corpus, & sanguinem Christi converti.

Conclusio est certa de fide, & in variis Conciliis definita. Primo quidem in Concilio Romano sub Gregorio VII. in quo

natura contractus, qui de se est indissolubilis: Ergo licet sit de jure divino, quod sacramentum Eucharistiæ non consecratur, nisi consecrando utramque speciem, poterit tamen Pontifex ex commissione Christi, & virtute clavium, dispensare in hoc, & permittere ut Sacerdos in una tantum specie consecret.

100 Respondo primo, quod licet daretur Pontificem posse dispensare in jure divino, ex commissione Christi inclusa in illa universali potestate clavium: Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis, certum tamen est, ipsum non posse dispensare in jure divino spectante ad substantiam vel ad integritatem sacramentorum, vel sacrificii Missæ, ut constat ex Tridentino sessione 21. capite 2. ubi dicitur: Declarat Sancta Synodus, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva eorum substantia, ea statueret vel mutaret qua susceptionem utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro verum tempore, & locorum varietate, magis expedire judicaret. Cum ergo consecrare in utraque specie sit de integritate sacramenti Eucharistiæ, ut habet rationem spiritualis convivi, & de substantia sacrificii Missæ, non potest Pontifex virtute clavium in hoc dispensare, ac permittere quod Sacerdos in una tantum specie consecret.

101 Respondo secundo, dupliciter posse aliquid esse de jure divino, primo absolute & simpliciter, quia ipse Deus per seipsum imponit aliquid preceptum & obligationem, ejusque naturam & modum determinat: Secundo: ex suppositione, quia voluntas humana disponit materiam & exhibet illam: quia supposita & manente, obligat jus divinum & naturale ad implendam illam. Quod est de jure divino primo modo, non cadit sub dispensatione Pontificis, cum non constat datam illi esse a Christo potestatem ut dispenseret in istis preceptis que immediate ipse posuit, præsertim circa substantiam sacramentorum & sacrificii: potest vero dispensare Pontifex in his que sunt de jure divino secundo modo, quia tunc solum operatur potestas Ecclesie circa illud factum humanum, quod requiritur & præsupponitur tanquam conditio ut jus divinum obliget: v.g. in dispensatione voti, Pontifex non tollit obligationem qua quilibet tenetur implere id quod Deo promissit, sed tollit tantum fundamentum talis obligationis, quam homo actu humano sibi imposuit, ob jus quod habet Pontifex super voluntatem omnium fidelium sibi subditorum: Idem dicendum de matrimonio rato & non consummato, quod quia solum est contractus ortus ex voluntate humana, & nondum habet consummationem suam, potest per voluntatem superioris dispensari ne adimpleatur & obliget, non tamen post consummationem, quia tunc esset in præjudicium ipsius matrimonii, & perpetuatis ejus, præter præjudicium quod inde proveniret alteri conjugii, & proli. Cæterum ex eo quod Pontifex dispensaret in precepto de consecrando in utraque specie, dispensaret in jure divino absolute, quod cum habeat derivari ex divino tantum arbitrio, non potest subire dispensationem inferioris ipsi Deo.

102 Obijcies quarto: Non minus pertinet ad essentiam sacrificii Missæ, sumptio utriusque speciei, quam utriusque consecratio: Sed Ecclesia dispensare potest, ut celebretur Missæ sacrificium, sumat speciem panis, sine calice: Ergo, & quod unam speciem consecret sine alia. Major est, & videtur certa. Minor vero suaderi potest ex eo quod quando ordinati celebrant cum Episcopo, non sumunt calicem; tum etiam, quia Ecclesia in die Parasceves, propter representationem mortis Christi, ordinat ut Sacerdos celebret (sumat speciem panis sine consecratione calicis).

103 Respondo, data Majori negando Minorem, & ad primam illius probationem dico, quod quando ordinati celebrant cum Episcopo, non sunt principales celebrantes & sacrificantes, sed solus Episcopus: præsertim quia regulariter solus Episcopus consecrare solet, ipsi autem ordinati reserunt suam intentionem ad verba absolute, hoc rarissimum est; unde per se & regulariter, solus Episcopus præsumitur consecrare, ideoque solus utramque speciem sumit.

Ad secundam vero probationem respondeo in die Parasceves non fieri sacrificium, neque ceremoniam illam que ea die fit esse Missam: unde quando dies illa cadit in festo Annuntiationis non tenentur fideles tali ceremoniæ interesse, ut constat expresse ex decisione Cardinalium factæ Congregationis rituum 19. Februarii anni 1622. quam refert Barbosa in Collectaneis, verbo Annuntiatione Dominica: & est maxime conformis ipsi juri, ut patet ex capite, Sabbato de consecratione, distinctione 3. ubi dicit Innocentius I. quod illo diebus (scilicet feria sexta, sabbato sancto) ne tradidit habere Ecclesia, nulla sacramenta celebrantur. Loquitur textus juxta antiquum ritum Relex, quo in Sabbato sancto non fiebat sacramentum, nec Missa celebrabatur; usque ad noctem resurrectionis Dominicæ.

in quo Beugarius secundum suum errorem quo transubstantiationem negabat, his verbis retractavit. Ego Beugarius corde credo, & ore confiteor panem & vinum que ponuntur in altari, per mysterium sacre unionis & verba nostri Redemptoris substantiantur in veram ac propriam, & visibilem carnem & sanguinem Jesu Christi Domini &c. Secundo in Lateranensi sub Innocentio III. ubi dicitur panem & vinum transubstantiari in corpus & sanguinem Christi. Tertio in Constantiensi fest. 8. ubi damnatur error Wiclet dicens substantiam panis & vini manere in sacramento altaris. Quarto in Florentino in instructione Armenorum, ubi dicitur in verbis ponitur hac mutatio panis in corpus Christi. Denum in Tridentino sessione 13. can. 2. ubi sic habetur si quis dixerit in sacramento Eucharistia remanere substantiam panis & vini una cum corpore & sanguine Christi, anathema sit.

Idem passim docent SS. Patres, asserentes in primis panem per consecrationem fieri corpus Christi ut loquitur Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 4. & Iulianus Martyr sub fine Apologiae. Secundo panem mutari non esse, sed naturam, ut ait Cyprianus sermone de Cena Domini. Tertio transmutari & transflementari, ut loquitur Gregorius Nyssenus in oratione catechetica c. 37. Quarto non esse amplius panem, licet gustus panem esse sentiat ut ait Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4. Quinto mutari & verti in corpus Christi, ut ait Ambrosius libro de Initiandis cap. 9. Sexto panem in corpus Christi transire, migrare, transformari, & transfundi ut loquitur Theophrastus, Eusebius, Emissenus, Anselmus, Fulbertus Episcopus Carotenensis, & alia id genus multa, quae dissertatione proemiali, art. 6. in fine fuisse expendimus. Ex quibus patet transubstantiationem, in Eucharistia non esse inventum D. Thomae, neque opinionem Thomistarum ut Lutherus affirmat.

6. Eandem veritatem s. sequenti ostendimus ratione desumpta ex verbis consecrationis, qua non possent verificari, si substantia panis & vini post consecrationem remaneret, quandoquidem substantia panis non potest esse corpus Christi, unde potius dicendum fuisset, hic est corpus meum, quam hoc est corpus meum, ut ibidem patet.

Dico secundo, certum est etiam secundum fidem substantiam panis & vini non uniri hypostatice Verbo Divino, nec humanitati Christi.

Constat ex dictis precedenti conclusionibus, ubi ostendimus, juxta Concilia & SS. Patres fieri conversionem totius substantiae panis in corpus Christi: Sed quod manet in sua substantia alteri hypostatice unitum, non convertitur in aliud, unde in mysterio Incarnationis credimus manere humanitatem in sua natura, quia unitur hypostatice Verbo Divino. Ergo &c.

Deinde, haec unio ponitur ad verificanda verba consecrationis, quae debent verificari de ipso corpore Christi, juxta illud Joann. 6. Panis quem ego do, caro mea est pro mundi vita: Sed propter solam unionem in eodem supposito, non possent panis appellari anima, & sicut si Verbum assumeret duas naturas, Angelicam, & humanam, non possent una de illa praedicari, licet inter concreta esset communicatio idiomatum: Ergo ad veritatem illorum verborum, necessaria est transubstantiatio, seu conversio panis in corpus Christi.

Addo quod absurdissimum est, & in Scripturis & Patribus inauditum, Verbum Divinum dici impanatum, sicut dicitur incarnatum, & toties ipsum creatam naturam assumere, quoties fit consecratio, totiesque dimittere, quoties corrupturam species, nam, ut communiter dicunt Patres & Theologi, post Damascenum: quod Verbum assumptum, nunquam dimittit.

7. Contra istas conclusiones obijciunt in primis heretici quasdam locutiones Scripturae, ac Patrum, quibus Eucharistia vocatur panis. Sed ad haec fuisse respondimus dissertatione proemiali art. 10. ubi varias hujusmodi loquendi rationes adduximus, quae breviter attinguntur a Lanfranco Cantuariensi Archiepiscopo, libro de Eucharistiae sacramento, ubi sic ait: Corpus Christi vocatur panis, vel quia ex pane conficitur, seu quia intentionem tenet, cum caro sit, panis videtur: seu quod corporali & visibili panis, similitudine quadam conjungitur: nam sicut iste panis materialis discreto semper, humanam carnem nutrit, & sustinet: sic spirituale & invisibile corpus Christi, animam aigne alimentis & alit & regit.

8. Obijciunt secundo Lutherani quasdam SS. Patrum testimonia, quibus videntur illos asserere, post consecrationem substantiam panis in Eucharistia remanere: Gelasius enim in lib. de duabus naturis, conferens mysterium Eucharistiae, cum mysterio Incarnationis, sic loquitur: Sacramentum corporis & sanguinis Christi divinum est, & raris non desinit esse substantia panis & vini. Similiter Chrysostomus Epistola ad Casarium Monachum docet, post consecrationem librari panem ab appellatione panis, & aliquando fieri appellatione dominici corporis, etiam si natura panis in ipso permanet, Damascenus etiam lib. 4. de fide cap. 14. dicit,

Christum cum pane & vino conjunxisse suam divinitatem. Denum Theodoretus Dialogo 2. sic ait: Signa mystica post sanctificationem a natura propria non recedunt: manet liquidem in priori substantia, figura, forma &c.

Sed ad haec responditur primo, Gelasium summum Pontificem, & Chrysostomum falso citari, & fieri enim ille de duabus naturis, non fuit compositus a Gelasio Summo Pontifice, ut recte ostendit Welchior Canus lib. 6. de locis Theologicis capite ultimo ad 9. sed ab alio Gelasio Casariensis, Scriptore Graco. Idque probatur primo ex eo quod laudat iste Gelasius in hoc libro Eusebius Caesariensem, cujus tamen libros pene omnes Gelasius Romanus Pontifex damnavit. Secundo ex eo quod in catalogo librorum Gelasii Romani, a nemine commemoratur liber ille. Similiter Epistola citata ad Casarium Monachum, a D. Chrysostomo scripta non fuit, quandoquidem non invenitur inter ejus opera, ut notavit Turrianus lib. 1. de Eucharistia cap. 18.

Respondet secundo, dato quod liber esset Gelasii Papae ipsum ideo dicere substantiam panis non definire, vel quia remanent accidentia vices substantiae ita gerentia, ut sine subiecto existant, & ea qua substantia ipsa praestat, efficiant vel quia substantia panis non annihilatur, quod illo termino desinere significari videtur, sed in nobiliore substantiam vinum corpus Christi, transit. Quae expositio eo facilius potest admitti, quod Gelasius ibidem indicat fieri transubstantiationem panis in corpus Christi, dum dicit, panem & vinum in divina transire. Eadem solutio adhiberi potest ad Chrysostomum, praesertim cum conset illam pluribus in locis veram de transubstantiatione doctrinam tradidisse. Similiter cum Damascenus ait, Christum cum pane & vino conjunxisse suam divinitatem, hoc debet intelligi de pane & vino remanentibus solum quoad species, ut sequentia ejus verba satis declarant, subjungit etiam: Corpus consumitum est secundum veritatem divinitatis, quod ex sancta Virgine corpus est: non quod ipsum corpus assumptum, & e solo desinat, sed quod ipse panis & vinum transfunderetur in corpus & sanguinem Dei.

Ad verba Theoretici, quae obscuriora & difficiliora videntur, dupliciter responderi potest. Primo dicendo cum Cardinali Perronio, non sic esse legendam hanc Theoretici locum, ut in objectionibus refertur, & plerique legunt, nempe, Signa mystica post sanctificationem manent in priori substantia, forma, & figura: Sed hoc modo: in priori substantia & figura & forma; & juxta hanc lectionem sensus planus est, significatur enim quod eadem accidentia, quae in priori substantia panis & vini erant, post utriusque conversionem remaneant ut prius immutata, & a natura sua non recedant id est a virtute quam habent naturali efficiendi sensum, vel nutrimenti &c.

Secundo dici potest cum P. Nicolai in scholis art. 1. hujus questionis, per substantiam eo loco non intelligi eam quae dat esse substantialem, & constituit praedicamentum substantiae, atque accidentibus opponitur, sed nomine substantiae significari essentiam quae ipsis accidentibus tribuitur, & a Graecis oparia appellatur: unde verbis illis solum Theodoretus intendit, post sanctificationem manere eandem accidentium seu symbolorum essentiam, & ipsi post consecrationem eandem habere proprietates naturales ac aeternae, eisdemque praestare effectus: puta nutrire, vitam vel salutem efficere &c. ut ex adjunctis ibi patet, cum subjungitur: Et videri & rari possunt sicut prius. Addit etiam ibidem Theodoretus: intelligatur autem ea esse quae facta sunt, & creduntur, & adorantur, ut quae illa sunt quae creduntur. Quibus verbis manifeste innuit, panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transubstantiari. Quomodo enim adorari diceret, nisi sublata substantia, sive substantialis forma panis, veram ipsius Christi substantiam ibi crederet realiter praesentem esse, quae adorari sola debet?

§. II.

Alia difficultas expeditur.

Dico tertio: Transubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, ex verbis consecrationis recte colligitur.

Probatur primo conclusio ex Tridentino sessione 13. c. 4. 13 ubi colligit definitionem substantiae panis ex veritate verborum illorum Christi, hoc est corpus meum, sic enim habet: Quoniam Christus Redemptor noster corpus suum, id quod sub specie panis offerbat, ore est: dicit: ideo persustatum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo hac sancta Synodus declarat, per consecrationem panis & vini, conversionem fieri totius panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiae vini in substantiam sanguinis eius: Ergo optimum est argumentum ex illis Christi verbis deductum ad probandum transubstantiationem. Unde Vasquez hic dissertatione 180. cap. 4. num. 45. ait quod Concilium Tridentinum relata definitione; non solum veritatem ipsam,

ipsam, sed fundamentum ejus ita aperte definivit, ut qui assereret nihil panis & vini in hoc sacramento manere, id tamen ex praedictis verbis non colligi, eodem modo haereticus esset, ac si articulum ipsum negaret. Hoc enim fundamentum non quomodocumque, sed ut a tota Ecclesia approbatum, a Concilio ipso definitur. Unde licet Scotus, Durandus, & alii Antiqui, qui ante Concilium Tridentinum scripserunt, excusari possint, non tamen Recentiores illi a Vasquez relati, qui non obstante hac Tridentina definitione, consent ex verbis consecrationis non colligi efficaciter transubstantiationem.

14. Probatur secundo conclusio ex SS. Patribus qui similiter ex verbis illis Christi, hoc est corpus meum, colligunt definitionem panis, ejusque in corpus Christi mutationem. Nam S. Fulbertus Carnotensis Episcopus Epistola ad Adeodatum, qua reparitur tom. 1. Bibliothecae Patrum sic ait: Dubitari nefas est ad cuius naturam cuncta ex nihilo subito subsisterent: si pari potentia in spiritualibus sacramentis, terrena materia; natura & generis sui meritum transcenderet, in Christi substantiam committeretur cum ipse dicit: hoc est corpus meum: & paulo post: hic est sanguis meus. Si nulli discorsus utitur S. Gaudentius Braxienfisi Tractatu 9. in Exodum, ubi haec scribit: Quod annuntiatum est creatus, quia quod accipit, corpus est panis illius castis, & sanguis est illius sacre vitae: nam cum panem consecratum & vinum distillatum sula porrigeret, fuit ait: hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus. Item Guimundus libro 3. de corporis & sanguinis Christi veritate haec habet: Hoc impanatus suos ipse Dominus verbo oris sui interfecit, cum acciperet panem, gratiasque agens, ac benedicens, ait: Hoc est corpus meum, non ait, in hoc laet corpus meum: nec dicit: in hoc vino est sanguis meus; sed dixit: hic est sanguis meus. Denique D. Thomas hic art. 2. ratione 3. contraponentes remanere substantiam panis, sic ait: Hac postulo contrarietas forma hujus sacramenti, in qua dicitur, hoc est corpus meum, quod non esset verum; si substantia panis ibi remaneret; nunquam enim substantia panis est corpus Christi, sed potius esset accidentium, hic est corpus meum. Quibus verbis S. Doctor conclusionem nostram & docuit & probavit: Cum enim ad veritatem propositionis requiratur identitas inter subiectum & praedicatum; saltem in eodem supposito, pro quo utrumque supponit, ut docent Dialectici, & panis nec identificatur cum corpore Christi, nec subsistat in eodem supposito, nisi per verba consecrationis in corpus Christi transfunderetur, non erit verum dicere, hoc est corpus meum, sed potius dicendum esset, hic est corpus meum: Sola enim intima unius in alio praesentia, non sufficit ut unum possit de alio praedicari: Nam quando corpus Christi exivit de sepulchro, intus erat praesens in lapide, quia in illo erat penetrative, & tamen non poterat, signato lapide, veri dici, hoc est corpus meum, sed duntaxat, hic est corpus meum.

15. Dices cum Scoto, quod quamvis sub speciebus consecratis maneret substantia panis, quia tamen simul adest substantia corporis Christi, vere ac proprie potuit dici a Christo, hoc est corpus meum, quia non oportet ut pronome haec, demonstraret totum id quod continetur sub accidentibus sensibilibus, sed ex intentione loquendi potest, salva proprietate verborum, determinari pronomen illud, ad designandum unam rem contentam sub illis, & non aliam, sic enim signato marmore in quo est aurum, potest dici, hoc est aurum, & signato dolio in quo est vinum, hoc est vinum.

16. Sed contra: Licet pronomen hoc demonstrare possit tam substantiam contentam, quam continentem, si ista sit vel ex natura sua, vel ex usu hominum instituta ad illam continentem, sicut in exemplis allatis; non tamen quando substantiam continentem non sic est idonea ad continentem substantiam, quam tamen de facto continet: quare si sub pane absconderetur argentum, non recte diceret quis, hoc est aurum, demonstrando panem: cum ergo substantia panis non sit neque ex natura sua, neque ex usu communi hominum, apud ad continentem sacramentum, dici, hoc est corpus meum, subindeque verba illa Christi verificari nequeunt, nisi substantia panis in corpus Christi convertatur.

§. III.

Corollaria praecedentis doctrinae.

17. EX dictis in prima conclusione inferes contra Durandum, consecratione perfecta non remanere in Eucharistia materiam panis & vini, informatam anima rationali Christi, & unitam ipsius corpori, & multo minus ipsius formam, sola materia in corpus Christi conversa, ut docuerunt aliqui quorum meminit D. Thomas hic art. 6. Tridentinum enim ibidem citatum expresse asserit, in Eucharistia fieri conversionem totius substantiae panis & vini in corpus & sanguinem Christi, remanentibus duntaxat speciebus panis & vini. Ex quo etiam patet, falsum; immo & erroneam esse sententiam Gosredi asserentem

res in Eucharistia remanere substantiam panis & vini, cum Concilium asserat remanere sola accidentia. Addo quod, cum substantia sit actus metaphysicus naturae quam terminat, non est, saltem connaturaliter, sed solum per miraculum ab illa separabilis: nullum autem est fundamentum concedendi tale miraculum in Eucharistia. Vel enim remaneret substantia panis, ut esset verum & proprium subiectum accidentium ejus? Et hoc dici non potest, quia de fide est accidentia illa existere sine subiecto vero & proprio. Vel ut redderet illa accidentia per se substantia: Et hoc etiam verificari nequit; repugnat enim natura accidentis, utpote cui debetur inesse ex natura rei, quod tamen deberi nequit rei per se substanti, quandoquidem inesse & per se subsistere opponuntur.

18. Simili discursu refellitur sententia aliquorum asserentium in Eucharistia remanere existentiam accidentium, quam Bannez reputavit probabilem. Cum enim existentia panis sit sicut ejus substantia actus metaphysicus, naturaliter saltem inseparabilis a propria natura, si miraculose remaneat separata ab eo in sacramento Eucharistiae, hoc erit tantum ut per eam accidentia remanentia existant, quod tamen non potest dici; quia cum omnis actus proprius, qualis est existentia accidentium, respectu eorum debeat esse proportionatus sua potentia receptivae, & existentia substantialis quae dat esse per se, non sit proportionata naturae accidentis, quae petit esse in alio, non potest esse illius existentia.

Addo quod licet darem Bannezio, probabile esse accidentia substantiae inherantia, formaliter existere per eas existentiam, non tamen probabile est, ipsa, dum ab illa separata existunt, eadem existentia existere, quae extiterunt, dum conjungerentur, & consequenter male etiam inde concludi, existentiam substantiae panis remanere post consecrationem.

19. Quae sunt hic aliqui, an de potentia absoluta corpus Christi sit possit fieri praesens speciebibus panis, per aliam actionem, quam per conversionem substantiae panis in ipsum, puta per motum localem aut per actionem conservativam ipsius in sacramento Eucharistiae?

Respondeo negative: Supposito enim quod Christus remaneat in caelo, non potest per motum localem fieri praesens in Eucharistia: nam moveri localiter, nihil aliud est quam transire de uno loco in alium; & consequenter relinquere unum, & acquirendum alium: implicat enim unum corpus simul poni in pluribus locis, ut ostendunt nostri Thomista in Philosophia, & nos supra dissertatione proemiali art. 12. in solutione 4. objectionis declaravimus, exponendo rationem fundamentalem & a priori, cur licet non repugnet idem corpus fieri simul praesens sacramentaliter in pluribus hostiis, bene tamen ipsum poni circumscriptive in pluribus locis. Similiter etiam repugnat corpus Christi fieri praesens speciebus panis, per actionem conservativam ipsius, quidquid in contrarium dicat Suarez. Ratio fundamentalis est, quia ex vi actionis abstrahens ab omni loco, nullique in particulari alligata, nequit corpus Christi fieri praesens speciebus panis: Sed actio conservativa abstrahit ab omni loco nullique in particulari alligata est: Ergo implicat per talem actionem corpus Christi fieri praesens speciebus panis. Major patet ex terminis, si enim ex vi illius actionis Christi poveretur determinate sub speciebus panis, illa esset determinata ad hanc praesentiam, sique non abstraheret ab omni loco. Minor vero probatur: Eadem est actio qua res conservatur in hoc & in illo loco: v.g. per eandem actionem conservatur a Deo Petrus hodie existens Romae, & deinde existens Parisiis: Ergo actio conservativa abstrahit ab omni loco, nec ad illum in particulari est determinata, ita ut ex vi illius res conservetur in uno loco potius quam in alio.

Confirmatur: Eadem omnino manet creatio & conservatio, quantumvis praesentia quotidie mutetur: Ergo conservatio est indifferens ad quamlibet praesentiam, & per consequens non potest dici actio primaria, vel secundaria attingens praesentiam corporis Christi sub speciebus panis, subindeque necessaria est aliqua actio, ex vi cuius fiat ibi praesens.

Ex his intelliges optimum esse discursum, quo D. Thomas hic art. 2. probat Corpus Christi non esse simul cum substantia panis; quia nihil potest esse alicubi ubi prius non erat, nisi vel per motum localem, vel per conversionem alterius in ipsum: Sed corpus Christi non potest fieri praesens per motum localem, quia alias desineret esse in caelo, cum moveri localiter, nihil aliud sit quam transire de uno loco in alium: Ergo solum per conversionem substantiae panis in ipsum, & per consequens sublata tali conversione, manente substantia panis, corpus Christi non esset praesens in hoc sacramento.

20. Neque valet quod dicunt aliqui, nempe D. Thomam loc. qui de potentia ordinaria, non vero de extraordinaria & absoluta. Nam si non loqueretur de potentia extraordinaria, nihil probaret contra haereticos asserentes remanere substantiam panis cum corpore Christi: possent enim facile respon-

respondere, rationem ipsius procedere de potentia ordinaria, ideoque nihil concludere in mysterio, quod totum dependet ex potentia Dei extraordinaria.

23 Adde quod D. Thomas alius in locis aperte declarat se loqui de potentia Dei extraordinaria & absoluta: nam in 4. sent. dist. 11. quest. 1. art. 1. quæstione 1. docet quod hæc positio quæ ponit substantiam panis remanere post consecrationem simul cum corpore Christi, est impossibilis: Quia (inquit) impossibile est aliquid esse nunc, cum prius non fuerit, nihil ipso mutato, vel aliquid in ipsum, nec post, etiam per miraculum, fieri; sicut quod esset animal rationale mortale, & non esset homo: aliter enim se habere nunc & prius, est idem quod moveri vel transmutari. Et in responsione ad 3. ait quod ex opposita positione sequitur gravis inconveniens, quam quod contradictoria sunt simul vera, quis potest definitionem, scilicet aliter nunc quam prius, & non potest potest definitum, scilicet motum, neque in corpore Domini, neque in substantia panis. Censet ergo aperte Sanctus Doctor non posse, etiam de potentia extraordinaria & absoluta, Corpus Christi fieri præfens speciebus, sub illis remanente substantia panis. Idem docet 4. contra Gentes cap. 63.

ARTICULUS II

Quam sit actio conversiva, & quem terminum formalem habeat?

23 Supposita doctrina fidel, præcedenti articulo tradita, quod in hoc sacramento datur conversio totius substantiæ panis & vini in corpus & sanguinem Christi, quæ recte transubstantiatio appellatur, restat explicandum; quid sit illa conversio, seu in qua actione consistat, & quis sit terminus formalis illius; Nam circa hoc varia sunt Auctorum placita. Aliqui enim existimant, huiusmodi conversionem solum esse actionem adductivam corporis Christi ad Eucharistiam, & ad solam præsentiam localem formaliter terminantem. Ita Scotus & ejus Discipuli, Bellarminus libro 3. de Eucharistia cap. 19. & Claudius de Santes libro de Eucharistia repetitione 7. Eandem sententiam tenet Vasquez, addit tamen, ad veram transubstantiationem panis in corpus Christi requiri, & sufficere, quod hæc adductio corporis Christi succedat substantiæ panis, desinente sub ejus accidentibus. Alii existimant veritatem transubstantiationis Eucharisticæ ex eo præcisè salvari sufficienter, quod dicatur corpus & sanguinem Christi uniri formaliter speciebus panis & vini, loco substantiæ ipsorum, subindeque dicent terminum formalem actionis conversivæ quæ Christus sit præfens in hoc sacramento, esse unionem corporis Christi ad species, vel modum substantiæ accidentibus Eucharisticis, conservando illa sine subiecto. Ita Alanus, Henriquez & Valentia. Alii vero asserunt, actionem illam esse conservationem corporis & sanguinis Christi sub speciebus Eucharisticis, virtute verborum continuatam & repetitam, quæ illa produceret de novo in rerum natura, nisi jam inveniret producta. Hanc tenent Gabriel in 4. dist. 11. quest. 1. art. 3. dubio 2. & lect. 40. super Canonem, & Suarez hic dist. 40. sect. 4. pro se plures Auctores citans. Alii demum asserunt transubstantiationem Eucharisticam, veram esse corporis & sanguinis Christi productionem, non quidem simpliciter loquendo, sed sub novo modo efficiendi, sive sub speciebus Eucharisticis. Ita docet Cajetanus, Nunno, pluresque ex recentioribus Thomistis, in manuscriptis de Eucharistia.

§. I.

Præmittenda ad resolutionem questionis.

24 Pro resolutione hujus difficultatis, tria breviter hic præmittenda sunt. In primis enim supponenda est definitio conversionis genericæ sumptæ. Secundo explicanda conditiones ad illam requisite. Tertio divisio ejus in duas species declarari debet. Definitio ergo conversionis in genere est transitus unius rei in aliam, ut constat ex communi conceptione. Conditiones vero ad illam requisite, tres præcipue enumerari solent. Prima est, quod verificetur inter duos terminos positivos, seu inter duas res, quarum una sit terminus a quo, & altera sit terminus ad quem, quia in omni conversione debet aliquid transire in aliud. Secunda est, quod terminus ad quem aliquo etiam modo incipiat esse, & terminus ad quem aliquo etiam modo incipiat esse de novo; hæc enim est natura conversionis, ut terminus ad quem fiat aliquo modo mediante illa. Tertia est, ut sit aliqua connectio inter destinationem termini a quo, & conceptionem termini ad quem, ita ut mutatio unius aliquo modo sequatur ex mutatione alterius. Unde si deus modo annihilaret Petrum in hoc loco, & in eodem instanti produceret Paulum in eodem loco, vel alibi, non salvaretur conversio Petri in Paulum, propter defectum prædictæ connexionis.

Sed contra: Repugnantiæ termini ad quem cum termino a quo in vera conversione, non ex aliqua extrinseca Dei ordinatione, sed ex natura ipsius conversionis peti debet, alias enim quod ex voluntate Dei desinit simul atque aliud incipit esse, & diceretur in illud converti, quod est absurdum: Ergo &c.

29 Probatur tertio conclusio: Transubstantiatio five conversio substantialis, debet habere pro termino formali ad quem aliquid substantiale, cum a tali termino speciem & denominationem accipiat. Sed terminus ad quem actionis adductivæ corporis Christi, non est substantialis, sed accidentalis; nam hujusmodi terminus est præsentia sacramentalis, quæ juxta Adversarios accidentalis est: Ergo in tali actione transubstantiatio consistere nequit.

30 Respondent primo Adversarii, sufficere ad conversionem substantialem, quod terminus a quo sit substantialis, quia ille tenet præcipuum locum, eo quod ille solus dicitur converti.

Sed contra primo: illa responsio non est consona Concilio Tridentino, quod insert. hæc conversionem appellari proprie transubstantiationem, ex eo quod tota substantia panis convertitur in substantiam corporis Christi, unde exigit ad conversionem substantialem, utrumque terminum esse substantialem.

Secundo, quod est principalis in conversione, tribuit illi speciem & denominationem: Sed terminus ad quem est quid principalis, principalis enim intenditur, terminus vero a quo, non nisi secundario, & ratione termini ad quem: Ergo terminus ad quem debet esse substantialis.

Tertio, sicut transformatio peti ut non solum terminus a quo sit forma, fed etiam terminus ad quem, & similiter translocatio, quod uterque terminus sit locus; ita transubstantiatio exigit uterque terminus sit substantia.

31 Respondent secundo, terminum formalem transubstantiationis esse præsentiam ad speciem in concreto, quo modo sumpta idem est ac corpus Christi ut præfens: in hoc autem concreto reperitur substantia ipsa corporis Christi, quod sufficit ad rationem conversionis substantialis.

Sed contra: Ut actio dicatur substantialis, non sufficit quod terminetur ad concretum importans substantiam subiectam accidenti, alioquin nulla daretur actio accidentalis: delectatio enim, calefactio, & hujusmodi, essent actiones substantiales, quia terminantur ad concretum accidentale, importans substantiam pro materiali; immo motus localis Angeli esset vera transubstantiatio, quia terminatur ad substantiam ipsam, ut stat sub præsentia ad locum.

Potest adhuc hæc responsio magis consulari: Nam cum asseritur substantiam corporis Christi ingredi terminum hujus conversionis, vel intelligitur illum ingredi tantquam aliquid productum sub aliqua ratione substantiæ sibi propria, vel tantquam improductum sub omni sua ratione substantiæ, & præcisè solum ut subiectam recipiens novam præsentiam accidentalem?

Si primum dicatur, necesse est admittere terminum primarium non esse ipsam præsentiam; fed ipsammet corpus Christi secundum esse substantialem, & præsentiam vero secundarium solum, utpote ex priori subiectum. Secundum vero affirmari nequit: quod enim substantia supponatur ad aliquam actionem productivam alicujus rei; non sufficit ut actio illa dicatur substantialis, ut patet in exemplis jam adductis.

32 Respondet tertio Vasquez, ut conversio Eucharistica dicatur transubstantiatio, non requiri quod ad substantiam per se primo terminetur, sed sufficere quod in ea interveniat quidam ordo substantiarum, quarum una succedat alteri, & ideo dicatur in illam converti.

Sed contra primo: Sola successio unius substantiæ loco alterius, est tantum veluti translocatio, non vero transubstantiatio, etenim si Petro per mortem sublato, Paulus ejus loco substitueretur, fieret quidem successio, sed non conversio, sive transubstantiatio unius in alium: Ergo sola successio unius substantiæ loco alterius desinit, non est vera transubstantiatio.

33 Confirmatur primo: Si Christus his vocibus consecrasset: Hic non sit panis, seu corpus meum, eadem contigisset successio corporis Christi in locum aut quasi locum panis, quæ nunc est, & tamen panis non fuisset conversus in corpus Christi: Ergo sola illa successio non sufficit ad salvandam veritatem transubstantiationis Eucharisticæ.

34 Confirmatur secundo: Si transubstantiatio Eucharistica sit tantum successio corporis & sanguinis Christi, loco substantiæ panis & vini desinens, sequitur corpus Christi converti in substantiam nostram, aut in vermes, quando corampanitur species, non minus quam panem converti in corpus Christi; quandoquequidem utrobique substantia substantiæ succedit: Sed hoc dici nequit: Ergo neque illud.

35 Confirmatur tertio: D. Augustinus lib. 17. de civitate dei capite 18. hæc ponit differentiam inter veras conversiones & miraculosas: hujusmodi est illa quæ reperitur in hoc

sacramento, & inter apparentes quæ fiunt a demone, quod ille fiunt per veram & substantialem rerum conversionem, ille vero per solam translocationem; quam merito negat: esse veram conversionem: Ergo conversio substantialis quæ reperitur in hoc mysterio non consistit in quodam tantum ordine substantiarum, quarum una succedat alteri.

36 Dico secundo: in conversione Eucharistica veram rationem transubstantiationis non salvari, ex eo præcisè quod dicatur corpus & sanguinem Christi uniri formaliter speciebus panis & vini, loco substantiæ ipsorum, vel sustentare accidentia Eucharistica, conservando illa sine subiecto.

Probatur breviter. Impossibile est quod corpus Christi intelligatur uniri speciebus, & consequenter subistere accidentibus Eucharisticis, nisi prius ibi sit; per consequens nisi prius intelligatur actio conversiva panis in corpus Christi: Ergo actio conversiva est distincta ab actione unitiva, & hæc illam præsupponit; subindeque terminus formalis primarius actionis conversivæ, non est modus unionis corporis Christi ad species Eucharisticas, vel modus substantiæ accidentibus Eucharisticis, seu conservandi illa sine subiecto.

37 Confirmatur: Terminus formalis & primarius conversionis Eucharisticæ debet esse substantialis, cum talis conversio substantialis sit & actio, quæ specificationem & denominationem a termino formali & primario sumat, ut supra dicebamus: Atqui unio corporis Christi cum accidentibus Eucharisticis, non est substantialis, sed accidentalis tantum, cum ex substantiæ & accidentibus nequeat fieri compositum nisi per accidens. Similiter modus substantiæ accidentibus, licet sit in substantia, tamen est accidentalis, quia substantia illum acquirit nulla facta mutatione in ipsa: Ergo nec talis unio nec modus ille substantiæ accidentibus, est terminus formalis & primarius conversionis Eucharisticæ.

Dico tertio, conversionem panis in corpus Christi non esse actionem conservativam illius.

Probatur: Quia vel esset antiqua conservatio quæ conservatur in celo, vel alia nova & supernaturalis, quæ specialiter inciperet conservari sub speciebus Eucharisticis? Neutrum dici potest: Ergo de Minor quoad primam partem manifesta videtur: quia conservatio illa antiqua est actio mere naturalis, terminata per se primo ad totam humanitatem Christi, non ponens Christum, ut formaliter incompossibilem cum substantia panis, modo indivisibili & inextenso, sed modo divisibili & extenso: Atqui conversio panis in corpus Christi est supernaturalis, utpote ab agente supernaturali procedens, terminatur formaliter ad corpus Christi, ut repugnans cum substantia panis, & sub modo indivisibili & inextenso: Ergo non est conservatio illa antiqua quæ conservatur in celo. Probatur vero quoad secundam partem, quia conservatio nihil aliud est quam continuata productio: Ergo si conversio panis in corpus Christi est de novo conservativa illius sub speciebus, debet esse prius productiva illius sub eisdem speciebus. Adde quod conservatio rei, supponit eam ubi eam conservat: ergo est impossibile actionem quæ ponit corpus Christi sub speciebus, esse puram conservationem ipsius sub hujusmodi speciebus. Vide quæ scripsimus art. præcedenti §. 3. versus finem.

Dico ultimo: Actio conversiva quæ corpus Christi ponitur sub speciebus, est vere productiva corporis Christi, non simpliciter absolute, sed tali modo, scilicet ex alia substantia quæ in ipsam convertitur, & in eam locum succedit.

38 Prima pars hujus conclusionis probatur primo ex SS. Patribus, qui dicunt in consecratione corpus Christi fieri de pane; sic enim loquitur expressè Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4. Augustinus relatus Can. Utrum sub figura, de consecrat. dist. 2. Damascenus lib. 4. de fide c. 14. Gaudencius tract. 2. in Exodum, & Hieronymus Epist. ad Heliodorum ubi de Sacerdotibus ait: Qui Christi corpus sacro ore consuevit. Hinc S. Ephrem, Sacerdotium appellat stupendum miraculum, omnium ornamentum præstantissimum, honorum omnium quæ in hominibus sunt apicem, divinum quoddam, omninoque quæ inter homines experitur velis extremam metam. Hinc etiam celebratur illa sententia, quæ S. August. vel D. Gregorio tribuitur. O magna Sacerdotum dignitas, in quarum manibus, velus in utero Virginis, Christus quotidie incarnatur! Sicut ergo Deipara Virgo, verbo Verbum concepit in utero, ut lepide expedit Bernardus homil. 4. super Missas est; ubi sic eam alloquitur: Responde Virgo verbum, & suscipe Verbum, præfer tuum, & concipe divinum; emitte transitorium, amplectere sempiternum. Quid tardas, quid trepidas? Crede, confitere, suscipe. Aperi Virgo beata cor sibi, labia consecrasti, viscera creatori. Ita etiam Sacerdos quotidie Christi corpus verbis consecrationis in altari producit, & fructus ventris virginæ, sit partus laborum ipsius.

Ratio etiam suffragatur: Nam omnis conversio substantialis est vera productio substantiæ, quæ loco alterius in eam

in eam transmutatur: Ergo & conversio Eucharistica, que fit a Sacerdotibus per verba consecrationis...

41. Confirmatur: Per conversionem Eucharisticam corpus & sanguis Christi incipiunt esse sub speciebus panis & vini...

42. Secunda vero pars conclusionis, que asserit conversionem Eucharisticam non esse actionem productivam corporis Christi simpliciter & absolute...

§. III.

Solvuntur objectiones.

43. Obijes primo contra primam conclusionem: Per transubstantiationem Eucharisticam corpus Christi acquirit tantum esse accidentale...

44. Respondeo primo negando Majorem: si enim per transubstantiationem Eucharisticam corpus Christi esse tantum accidentale acquireret...

45. Respondeo secundo, data & non concessa Majori, negando suppositum Minoris, est enim presentia accidentalis corporis Christi sub speciebus...

46. Obijes secundo contra secundam conclusionem: Per conversionem Eucharisticam id solum habet corpus Christi, quo posito ex natura rei panis esse definit...

47. Respondeo agendo suppositum Minoris, quod nempe corpus Christi habeat immediate per transubstantiationem substantiam accidentalem Eucharisticam...

48. Illa actio non est productiva, sed dumtaxat conservativa corporis Christi, que supponit ipsum productum...

49. Confirmatur & magis illustratur hac ratio: quod producit transit de non esse ad esse: Sed corpus Christi non transit per conversionem Eucharisticam de non esse...

50. Confirmatur amplius: Actio que efficienter procedit ab aliquo agente, non potest esse productiva illius, alias enim idem esset simul prius & posterius seipso...

51. Ad objectionem respondeo distinguendo Majorem: Illa actio non est productiva corporis Christi simpliciter & absolute, que supponit ipsum productum & jam existens...

52. Respondeo distinguendo Majorem: Implicat plura accidentia solo numero diversa esse in eodem subiecto...

53. Obijes ultimo: Si corpus Christi producat sub speciebus sacramentalibus, sequitur quod si facta fuisset consecratio in triduo mortis, fuisset alterius speciei ab ea que modo fit...

54. Respondeo negando sequelam Majoris, & ad ejus probationem, nego simpliciter sequelam Minoris, ad probationem vero que subjungitur, dicendum est terminum formalem ad quem consecrationis Eucharisticæ, neque esse corpus vivum neque mortuum...

55. Obijes quarto: Nullus effectus potest produci per plures actiones totales, ut docent nostri Thomiste in Philosophia: Sed si actio conversiva, fit productiva corporis Christi idem effectus produceretur per plures actiones totales...

Respon-

56. Respondeo distinguendo Majorem: Nullus effectus potest produci per plures actiones totales, sub eadem ratione formali, concedo Majorem: sub diversa ratione formali, nego Majorem: ratio autem formalis sub qua corpus Christi producit in altari, est diversitas rationis ab ea sub qua producit seu conservatur in celo...

57. In tabis: Corpus Christi eodem tempore in pluribus altaribus consecratur: Sed tales consecrationes sunt ejusdem rationis, cum omnes sint conversivæ panis in corpus Christi: Ergo si sint productivæ illius, idem effectus sub eadem ratione formali per plures actiones totales produci poterit...

58. Respondeo non esse inconveniens quod idem effectus producat per distinctas actiones totales instrumentarias, quia ab illis non pendet per se effectus: ille vero actiones quibus consecratur corpus Christi a diversis Sacerdotibus in pluribus altaribus, non sunt principales, sed tantum instrumentariæ, cum Sacerdos instrumentaliter tantum ad consecrationem, seu productionem corporis Christi in altari concurrat...

59. Dies: Implicat plura accidentia solo numero distincta esse in eodem subiecto, ut docent nostri Thomiste in Metaphysica: Sed si corpus Christi produceretur in hoc altari per unam actionem instrumentariam, & in alio per aliam, plura accidentia solo numero diversa essent in eodem subiecto: nam actiones illæ instrumentariæ, que non distinguuntur specie, sed numero tantum recipiantur in corpore Christi, quod est idem in hoc vel in illo altari: Ergo &c.

60. Respondeo distinguendo Majorem: Implicat plura accidentia solo numero diversa esse in eodem subiecto formaliter sumpto, concedo Majorem: materialiter sumpto, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Si corpus Christi produceretur &c. plura accidentia solo numero diversa essent in eodem subiecto materialiter, concedo: formaliter, nego. Ad probationem in contrarium distinguendum est Antecedens: actiones illæ instrumentariæ recipiantur in corpore Christi absolute sumpto, nego. In corpore Christi, ut fit ex tali pane, sub talibus speciebus, concedo. Ex quo patet, quod quamvis subiectum illarum actionum sit idem materialiter, est tamen diversum formaliter: que diversitas formalis sufficit ad distinguenda accidentia, ut offenditur in Metaphysica.

61. Obijes ultimo: Si corpus Christi producat sub speciebus sacramentalibus, sequitur quod si facta fuisset consecratio in triduo mortis, fuisset alterius speciei ab ea que modo fit: Sed hoc non videtur admittendum: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: Actio specificatur ex termino ad quem: Sed si corpus Christi producat sub speciebus sacramentalibus, terminus ad quem consecrationis factæ in triduo mortis, scilicet ejus corpus ut mortuum differret a termino ad quem consecrationis que fit modo, scilicet a corpore Christi ut vivo; differunt enim specie corpus vivum & corpus mortuum: Ergo si corpus Christi producat sub speciebus sacramentalibus, sequitur quod si facta fuisset consecratio in triduo mortis, fuisset alterius speciei ab ea que modo fit.

62. Respondeo negando sequelam Majoris, & ad ejus probationem, nego simpliciter sequelam Minoris, ad probationem vero que subjungitur, dicendum est terminum formalem ad quem consecrationis Eucharisticæ, neque esse corpus vivum neque mortuum, sed abstractus ab utroque, scilicet corpus de predicamento substantiæ, includens quidem hanc numero materiam, & hanc numero formam; sed hanc numero formam, secundum quod dat esse corporeum, non vero secundum quod dat esse vivens, quia ut talis est tantum per concomitantiam in sacramento, & consequenter corpus Christi est vivens per concomitantiam sub speciebus, non vero formaliter, & ex vi transubstantiationis, ut magis declarabitur disputatione sequenti.

§. IV.

Corollaria precedentis doctrinae.

63. EX dictis intelliges, terminum formalem & primarium transubstantiationis, neque esse solam presentiam Christi sub speciebus, neque unionem corporis Christi ad species Eucharisticas, nec modum substanciandi accidentibus Eucharisticis, seu conservandi illa sine subiecto, sed ipsam Christi corpus quantum fit ex pane, in cuius locum succedit: nam ut supra dicebamus terminus formalis & primarius transubstantiationis debet esse substantialis, cum speciem & denominationem illi tribuat. At neque presentia Christi sub speciebus, neque unio corporis Christi ad illas, nec modus substanciandi accidentibus Eucharisticis, substantia sunt ut ex supra dictis patet, bene tamen corpus Christi: Ergo terminus formalis & primarius transubstantiationis est ipsum corpus Christi, non quidem præcisè & absolute sumptum, sed quantum sit ex pane in cuius locum succedit. Quod ut magis declaratur...

64. Observandum est ad diversitatem specificam actionum non requiri necessario diversitatem terminorum seu effectuum in esse entis & materialiter, sed solum formaliter in esse termini, sive effectus: unde ipse effectus qui est a causa creata per generationem, potest esse a Deo per creationem, sub alia ratione universaliori, nempe in ratione entis, & idem homo a Sole & ab homine generatur; ab homine quidem, ut a causa univoca, rationem specificam vel individualem per se primo attingente, a Sole vero, ut a causa æquivoca & universaliori, cui per se primo ratio corporis corruptibilis correspondet, ut explicari solet in Philosophia; Unde est corpus Christi fit in celo existens quoad animam qua informatur productum per creationem, sub ratione entis & secundum totum compositum, per generationem, sub ratione hominis, quia tamen non est productum sub ratione talis corporis ex pane producibilis per propriam actionem ad hanc rationem formalem per se primo terminatam & ab ea specificatam; per ordinem ad divinam potentiam, manet producibile iterum in Eucharistia, per actionem formaliter ipsam respicientem secundum illam rationem, quæ licet sit una tantum in specie formaliter, potest tamen numero multiplicari in infinitum syncategorematicè, quamvis enim per unam consecrationem corpus Christi fit productum, secundum quod est hoc corpus producibile ex hoc numero pane, non tamen quantum est producibile ex alio pane, sed secundum hoc manet semper producibile, per ordinem ad divinam omnipotentiam.

ARTICULUS III.

An substantia panis & vini in Eucharistia desinat esse per annihilationem?

Affirmant Scotista, & Nominales, negant Thomista, & alii Theologi communiter cum S. Thoma hic art. 3. quare

Dico breviter, substantiam panis & vini in Eucharistia non desinare per annihilationem.

Licet omnes fere Theologi in hac conclusione conveniant, varie tamen illam explicant, & probant. Durandus enim dicit substantiam panis in Eucharistia non annihilari; quia corrupta forma panis per conversionem, materia ejus manet sub forma corporis Christi, sicut materia alimentum manet sub forma aliti. Sed hac doctrina Durandi manifestum errorem continet, tum in Philosophia, que docet unam & eandem formam non posse duplicem materiam actuare; tum in fide, cum Tridentinum sess. 13. can. 2. asserat, in Eucharistica transubstantiatione converti totam substantiam panis in corpus Christi, & sola ejus accidentia remanere.

Alii vero dicunt, panem non annihilari, quia manent accidentia, que sunt aliquid illius. Sed hoc etiam fundamentum ruinofum est, quia accidentia sunt omnino extrinseca substantiæ, ac proinde non mutant motum definitionis vel productionis illius: unde sicut si Deus sub speciebus consecratis, & præexistentibus accidentibus, integram substantiam panis produceret, esset creatus, quia esset productio substantiæ ex nihilo: ita pariter desinitio totius substantiæ panis, quamvis omnia ejus accidentia remaneant, poterit dici ejus annihilatio, nisi aliud obstat.

Addo quod, sicut creatio terminatur ad esse substantiale & subsistens, sic etiam annihilatio ad non esse rei subsistens: Ergo si illa in nihilum cadat, quantumvis accidentia superint, vera interveniet annihilatio.

Tertio, alii asserunt, panem non annihilari, quia corpus Christi potest iterum converti in panem qui primo deserat. Sed hoc frivolum est, quia quantumcumque panis annihilatur, semper tamen potest Deus, corpus Christi, & quodlibet aliud ens, in substantiam panis convertere.

Quartum, sunt aliqui qui existimant, non annihilari substantiam panis, quia loco illius succedit substantia corporis Christi. Sed contra hoc est, quia si Deus in nihilum redigeret corpus aliquod intra aquam existens, v. g. piscem etiam loco illius succederet aqua, ad replendum vacuum, vere talis piscis annihilaretur: Ergo licet in Eucharistia, loco substantiæ panis, succedat substantia corporis Christi, non propterea illa non annihilatur.

Simili discursu refellitur alius dicendi modus, quod quamvis substantia panis desinat, non annihilatur tamen; quia illa desinitio non est per se & propter se ipsam intenta, sed propter aliud scilicet ad ponendum corpus Christi loco ipsius. Nam si Deus stateret in instanti quo homo moritur, per negationem concutius animam rationalem destruere, ut illa materia poneretur alia forma, sine dubio ibi esset vera annihilatio animæ rationalis.

alis: Ergo extrinseca illa intentio non destruendi substantiam panis nisi ad ponendum corpus Christi, non impedit quominus substantia panis dicatur annihilari. His ergo pretermittis

69 Probatum conclusio triplici ratione D. Thomae hic art. 3. Prima insinuat in argumento, sed contra, ubi sic dicitur, iuxta Augustinum lib. 83. questionum, quest. 21. Deus non est causa tendendi in non esse: Sed hoc sacramentum divina virtute perficitur, ita ut sit speciale opus divine virtutis & omnipotentiae: Ergo in illo nulla entitas seu substantia annihilatur. Haec ratio similis est illi qua idem S. Doctor 1. parte quest. 104. art. 4. probat quod Deus de facto nullam rem in nihilum redigit. Verba eius sunt: Redigere aliquid in nihilum non pertinet ad gratia manifestationem, cum magis per hoc divina potentia & bonitas ostendatur, quod res in esse conservet: unde simpliciter dicendum est, quod nihil omnino in nihilum redigunt: cum ergo Deus sacramentum Eucharistiae instituerit, ut suam gratiam & bonitatem manifestet, non debet in eo substantiam panis annihilari: immo ejus annihilatio fini institutionis hujus sacramenti non videtur conveniens.

70 Secunda ratio habetur in corpore articuli, potestque sic breviter proponi: In hoc sacramento reperitur vera & totalis conversio substantiae panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Sed hujusmodi conversio salvari non potest, si substantia panis & vini annihilaretur: Ergo illa non desinit per annihilationem. Major est certa de fide, Minor vero probatur: Tum quia id quod annihilatur, non transit in aliud, cum terminus annihilationis debeat esse ipsum nihil, non vero entitas aliqua positiva: Tum etiam quia si substantia panis annihilaretur, deberet corpus Christi per aliam actionem distinctam produci: Sed postea hac duplici actione, non salvatur ratio conversionis, quia ad rationem conversionis requiruntur duo termini positivi, cum per hoc conversio ab annihilatione & creatione distinguatur, ut constat ex dictis §. 1. articuli precedentis: posita autem hac duplici actione neutra haberet utrumque terminum positivum, annihilatio enim haberet tantum terminum a quo positivum, productio vero corporis Christi sub speciebus, tantum terminum ad quem, &c.

71 Dices, ex duplici illa actione unam veluti totalem consistere, quae dicitur conversio, cujus terminus a quo est panis, & corpus Christi terminus ad quem.

Sed contra: Ex annihilatione panis & actione productiva corporis Christi, non potest confingi una totalis conversio. Ergo haec solutio falsum supponit. Consequenter patet, probatur Antecedens. Actiones autem mutationes unam conversionem constituentes, debent talis esse naturae, ut una ex natura rei sequatur ad aliam: Atqui ad annihilationem panis non sequitur necessarium positio corporis Christi, cum absolute possit esse annihilatio absque ulla alterius rei productione: Ergo ex annihilatione panis, & ex actione productiva corporis Christi, non potest resultare una totalis conversio. Major probatur: Ad rationem conversionis necessarium est, ut ex vi destructionis termini a quo, quae est mutatio illius, ponatur terminus ad quem, per aliam mutationem ad ipsum terminatum: Ergo necessarium est, ut mutatio unius sequatur ex mutatione alterius. Unde recte ait S. Doctor, quod conversio sollicitur, postea annihilatione substantiae panis. Ex quo inferit Soto in 4. distinct. 9. quest. 2. artic. 4. quod annihilationis opinio, vix citra errorem fuit veri potest. Vasquez autem hic disput. 183. cap. 4. ait illam favere haereticis, & eis arma ministrare ad destruendam mirabilem conversionem substantiae panis & vini, in corpus & sanguinem Christi, quam fides Catholica proficitur: qui proinde teste Waldensi tomo 3. cap. 63. hoc argumento adversus Catholicos utuntur, quod impossibilis sit conversio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, eo quod substantia panis & vini desineret esse totaliter, ac proinde annihilaretur: quod autem annihilatur, non potest in aliud converteri.

72 Tertia ratio insinuat a D. Thomae in solut. ad 3. quod eo tendebat, ut probaret desitionem panis esse annihilationem, quia substantia panis post consecrationem nihil est. Et respondet, quod licet substantia panis post consecrationem non sit aliquid, id tamen in quod substantia panis est conversa, aliquid est, & propterea substantia panis non est annihilata. Unde sic arguo: Desitio in aliquid positivum, non est annihilatio: cum enim annihilatio opponatur creationi, per hoc quod creatio incipit a nihilo, & terminatur ad aliquid positivum: annihilatio vero incipit ab aliquo positivo, & desinit in nihilum: sicut productio quae incipit ab aliquo positivo praesupposito, non potest esse creatio: ita desitio quae terminatur ad aliquid positivum, nequit esse annihilatio: Sed etiam si consecratione perfecta, nihil amplius de substantia panis & vini remaneat, eorum tamen desitio est in aliquid positivum, scilicet in corpus & san-

guinem Christi: Ergo talis substantia non desinit per annihilationem.

73 Constatum: Quod transit ab uno esse in aliud, non annihilatur, annihilatio enim est transitus ab esse simpliciter ad non esse simpliciter: sicut creatio est contra est transitus a non esse simpliciter ad esse simpliciter: Sed substantia panis ita desinit per consecrationem, ut transit ab esse panis ad esse corporis Christi sub speciebus: Ergo talis desitio non est annihilatio.

74 Ex his facile solvi possunt praecipua Adversariorum fundamenta: quae ad tria reducuntur. Primum sic potest proponi: Illud quod ita desinit, ut nihil prorsus ejus remaneat, annihilatur: Sed substantia panis & vini ita se habet, perfecta consecratione, non enim remanet ejus materia, neque substantia, neque existentia, ut art. 1. §. 3. ostensum est. Ergo vere annihilatur. Major probatur: Quod in nihilum cedit, annihilatur, nam terminus annihilationis est nihil: Sed illud cujus nulla pars remanet, cedit in nihilum, nam revera nihil ejus amplius est: Ergo annihilatur.

75 Secundum est: si modo reproduceretur de novo substantia panis eadem numero quae per consecrationem desinit, esset vera creatio: Ergo desitio illius, fuit vera annihilatio. Probatur Consequenter, quia istae mutationes sunt contrariae, cum habeant terminos ad quos & a quibus contrarias.

Tertium est: Annihilatio fit per suspensionem illius actionis quae conservat a Deo res quae annihilatur: Sed substantia panis in hoc sacramento desinit esse per suspensionem actionis conservativae, quia Deus illum conservabat: Ergo desinit esse per annihilationem.

76 Ad primum respondeo, distinguendo Majorem: Si res quae ita desinit, ex modo desinit tendat ad aliquid positivum quod sibi succedat, & in quod convertatur, nego. Si non tendat, concedo. Sic enim forma substantialis non dicitur annihilari, quamvis nihil ejus remaneat post ipsius corruptionem, quia ex vi talis actionis quae corrumpitur, producitur alia forma, in ejus locum succedens, & eandem materiam informans: substantia autem panis ita se habet proportionaliter, quia sic desinit esse, ut tamen ex modo desinens tendat ad aliquid id quod convertitur. Unde ad probationem Majoris dicendum est, substantiam panis esse factam in nihil secundum quid, quia effectum est ut nihil ejus remanet, non esse tamen factam nihil simpliciter, quia transitus in corpus Christi: ut autem aliquid dicatur annihilari, debet transire in nihil simpliciter. Solutio est D. Thomae in 4. distinct. 10. quest. 1. art. 2. ad 3. ubi ait: Quod quomodo panis non sit aliquid, tamen illud in quod conversus est panis, est aliquid, conversioe facta, & ideo non sequitur quod panis sit annihilatus. Et ad 4. dicit: Quod quomodo non maneat panis, neque in se, neque in alio, manet tamen corpus Christi in quod conversus est panis, & ideo non sequitur quod sit annihilatus.

77 Instabis: Desitio substantiae panis in Eucharistia non terminatur ad corpus Christi: Ergo nulla data solutio. Consequenter patet, Antecedens probatur: Talis desitio consistit unam mutationem, positio vero corporis Christi sub speciebus aliam: Ergo cum ista terminetur ad corpus Christi, non potest illa ad ipsum terminari. Consequenter est evidens, Antecedens vero probatur. Desitio unius substantiae, & positio alterius, constituunt duplicem mutationem, habent enim terminos a quo & ad quem realiter & formaliter distinctos: nam desitio habet pro termino a quo esse substantiae quae dicitur desinere, & pro termino ad quem non esse illius: positio vero habet pro termino a quo esse substantiae quae dicitur de novo poni, & pro termino ad quem esse talis substantiae: Sed in Eucharistia desitio panis est desitio unius substantiae, positio vero corporis Christi est positio alterius substantiae: Ergo in ea duplex mutatio intervenit.

78 Respondeo negando Antecedens primi & secundi Enthymematis, & ad ejus probationem, distinguo Majorem. Desitio unius substantiae, & positio alterius, quae non sunt per conversionem substantiae quae dicitur desinere in substantiam quae dicitur poni, constituunt duplicem mutationem, concedo Majorem. Desitio unius substantiae, & positio alterius, quae sunt per conversionem substantiae desinentis, in substantiam quae de novo ponitur, constituunt duplicem mutationem, nego Majorem. Tunc enim constituunt unum simpliciter transitum, siue unam mutationem unius substantiae in aliam, quae habent unum terminum formalem a quo scilicet non esse substantiae quae convertitur, & unum terminum formalem ad quem, nempe esse alterius substantiae in quam fit conversio: quamvis cum esse substantiae convergentis concomitantur se habeat unum substantiae in quam fit conversio; & similiter cum substantia ad quam terminari debet conversio, concomitantur se habeat non esse substantiae quae desinit.

Ad

79 Ad secundum respondeo, negando Antecedens: nam divina omnipotentia posset eundem numero panem restituere dupliciter, scilicet per modum creationis, & per modum reconversionis, convertendo scilicet corpus Christi in ipsum, sicut ipse fuit in corpus Christi conversus: & tunc esset mutatio opposita illi quae modo fit in panem: scilicet vero si primo modo panis restitueretur.

80 Ad tertium nego Minorem, substantiam enim panis non desinit esse per suspensionem solam actionis conservativae, sed per conversionem ipsius in corpus Christi: ut enim articulo precedenti dicebamus, ad rationem conversionis necessarium est ut inter desitionem termini a quo, & positionem termini ad quem sit alia connexio, ac proinde ut ex vi positionis termini ad quem terminus a quo desinat: & per consequens quod ex vi positionis corporis Christi desinat esse panis.

81 Ex hoc intelligas, falsam esse sententiam Suarez existimantis substantiam panis desinere per actionem quae accidentia separantur a subiecto, quia haec spoliata accidentibus, postulat comaturaliter non manere. Patet, inquam, ex dictis hujus sententiae falsitas: Nam prius intelligitur substantia panis desinere esse, quam accidentia ab illa separantur, vel per se substantiam: Ergo talis substantia non desinit esse vi actionis separantis accidentia a subiecto. Consequenter patet, Antecedens probatur: tum quia ideo accidentia a subiecto separantur, & subsistunt, quia substantia destruitur: tum etiam, quia sicut substantia per se producit, accidentia vero ratione substantiae, & consequenter ad illam: sic etiam per se debet desinere, & accidentia consequenter, nisi ipsis modus per se existendi tribuatur, ut contingit in hoc mysterio.

DISPUTATIO V.

De modo quo Christus est in Eucharistia.

Ad quest. 67. D. Thomae.

82 Explicata actione transubstantiativa, per quam corpus Christi sub speciebus panis & vini fit praesens, consequens est, ut modum quo fit illis praesens consideremus, & varias quae circa illum versantur difficultates, breviter resolvamus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid ex vi verborum, quid concomitantur, sub speciebus panis & vini continetur.

83 Licet de fide certum sit, omnia quae ad Christi constitutionem & integritatem pertinent, nimirum corpus, sanguinem, animam, divinitatem, & substantiam, seu personam Verbi divini, vere & realiter sub utraque specie panis & vini contineri, ob intimam & inseparabilem quam illa inter se habent conjunctionem, quia tamen (ut docet D. Thomas hic art. 1.) dupliciter possunt aliqua in hoc sacramento contineri, uno modo ex vi sacramentali, seu ex verborum significatione; alio modo, vi naturalis connexionis, & concomitantiae quam habent cum iis quae sunt vi verborum, ideo breviter hic explicandum est, quanam ex illis vi verborum, & quanam solum per concomitantiam sub speciebus panis & vini continentur.

84 Dico ergo primo, corpus Christi contineri ex vi verborum sub specie panis, non vero animam, ut tribuit gradum vitae, bene tamen, ut dat esse corporeum.

85 Prima pars est de fide desinita in Tridentino sess. 13. cap. 3. & patet ex eo quod haec verba, Hoc est corpus meum, corpus Christi in quod conversa est substantia panis, expresse significant.

86 Secunda vero colligitur manifeste ex D. Thomae quest. precedenti art. 6. ad 2. ubi sic ait. Anima est forma corporis, dante ei totum ordinem esse perfectum, scilicet esse, & esse corporeum, & esse animatum, & sic de aliis. Convertitur igitur forma panis in formam corporis Christi, secundum quod dat esse corporeum, non autem secundum quod dat esse animatum tali animae: Ergo ex D. Thomae, nomine corporis, quod ex vi verborum est sub speciebus panis, intelligi debet materia informata anima Christi quatenus dat esse corporeum.

87 Ratio etiam id suadet: Nominis enim corporis, quod ex vi verborum sub speciebus panis ponitur, non potest intelligi materia prima sine forma substantiali, affecta solum quantitate & qualitatibus sensibilibus, ut existimat Gabriel in 3. distinct. 11. quest. 1. & in Canone Missae latione 42. Quia materia prima non potest existere sine forma substantiali, nec proinde aliquam actionem terminare, nec vere dici corpus. Non potest etiam per corpus significari materia prima, ut affecta forma corporeitatis, ut censet Scotus, vel alia forma partiali consti-

Theol. Gener. Tom. V.

88 tuente corpus organicum, ut existimat aliqui Recentiores, qui praeter animam rationalem formas partiales in homine admittunt, quae constituant singulas partes corporis organici, & uni dent rationem carnis, alteri rationem ossis &c. Hoc enim fufe impugnatur a nostris Thomistis in Philosophia, ubi nec formam corporeitatis, nec alias formas partiales dari ostendunt, sed in homine solum esse animam intellectivam, quae virtute continet omnes inferiores formas, & facit ipsa sola quidquid imperfectiores formae in aliis faciunt, ut probat S. Thomas 1. parte quest. 76. artic. 3. Ergo nomine corporis, quod ex vi verborum est sub speciebus panis, nihil aliud intelligi potest, quam materia informata anima, quatenus dat esse corporeum, subindeque anima Christi, ut dat illi esse corporeum, ex vi verborum sub speciebus panis continetur, non tamen ut dat esse vivens, seu ut gradum vitae tribuit: quia corpus Christi, prout ex vi verborum est sub speciebus panis, abstrahit a vivo & mortuo, cum idem sit formale significatum corporis nunc, ac fuisse in triduo mortis.

89 Dices primo: Eadem est anima quae dat esse corporeum, & quae dat esse vivens: Ergo repugnat quod anima Christi, quatenus dat esse corporeum, sub speciebus panis ex vi verborum ponatur, nisi etiam ut gradum vitae tribuit sub illa pariter ex vi verborum existat.

90 Sed nego Consequentiam: licet enim eadem sit anima, quae dat esse corporeum, & quae tribuit esse vivens & animatum, ratione tamen & virtualiter distinguitur secundum quod dat esse corporeum, a seipsa, secundum quod dat esse animatum, quod sufficit ad hoc ut sub speciebus panis ex vi verborum ponatur, prout dat esse corporeum, & non secundum quod dat esse vivens & animatum; sicut similis distinctio quae reperitur inter Filium & divinam essentiam, & inter substantiam Verbi & naturam divinam, sufficit ad hoc ut Filius generetur & producat a Patre, non vero divina essentia, & ut substantia Verbi primario terminet humanitatem assumptam, non vero natura, vel existentia ejus, ut in Tractatu de Incarnatione ostendimus.

91 Dices secundo: illud ponitur ex vi verborum, quod necessarium est ad veritatem ipsorum: Sed ad veritatem horum verborum, hoc est corpus meum, necessaria est anima, ut tribuit gradum vitae: Ergo ponitur sub illa ratione, ex vi verborum, & non solum prout dat esse corporeum. Major patet, Minor probatur. Ad veritatem verborum necessarium est, ut sit idem corpus, quod Christus habebat, quando illa verba protulit: Sed non potest esse idem, nisi sit anima formaliter ut talis, & ut tribuit gradum vitae: Ergo &c. Major est evidens, nam ad veritatem formae necessarium est, ut sit vere corpus Christi: si autem non esset idem corpus, non esset corpus Christi, sed aliud compositum. Minor vero suadetur: Non potest esse idem, nisi sit illa forma-quam habebat corpus Christi, quando protulit verba, quia pro diversitate formae substantialis variatur corpus: Sed forma quam habebat Christus, quando illa verba protulit, erat ipsa anima, non solum ut dat esse corporeum, sed etiam ut gradum vitae tribuit: Ergo, &c.

92 Respondeo negando Minorem, & ad probationem illius, distinguo Majorem. Ut sit idem corpus quod Christus habebat, identitate suppositi, ut scilicet habeat eandem substantiam & existentiam, concedo. Identitatem formae substantialis praesentis, nego. Corpus autem Christi vivum & mortuum, est idem identitate suppositi, quia semper terminatur substantia & existentia divina.

93 Ex dictis inferes, quod quando dicitur corpus Christi esse ex vi verborum sub speciebus panis, sub nomine corporis, non comprehenduntur quantitas, figura, & alia accidentia, quae a gradu corporeitatis dimanant: haec enim tantum concomitantur ponuntur sub illis speciebus, sed sola substantia corporis Christi, quia haec sola potest esse terminus formalis & primarius transubstantiationis.

94 Dices, Corpus quod vi verborum est sub speciebus panis, est organicum: At hoc, praeter substantiam, includit debitam proportionem membrorum, quae sine certa figura, densitate, & raritate concipi nequit: Ergo illa accidentia ex vi verborum ponuntur sub specie panis.

95 Propter hoc argumentum putat Vasquez disput. 187. cap. 4. quantitatem & alia multa accidentia, esse ex vi verborum sub specie panis. Verum hoc est expresse contra S. Thomam, & reliquos Scholasticos, nec salvatur naturam transubstantiationis, quae est conversio substantiae in substantiam, ut eam desinit Trident. sess. 13. cap. 4. Unde ad argumentum responderet, distinguendo Majorem: Corpus quod vi verborum est sub speciebus panis, est organicum, organizatione radicali, concedo Majorem; organizatione formali, nego Majorem, & sub eadem